



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

7. Decembris. 7. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

7. Decembris. 7. Idus.

BEAT GERARDE, Farfensis monasterii *Floruit*
 in Tuscia sub Instituto Benedicti- circa
 no monache: qui Mellifluum *BEAT-arnum*
NARDUM unà cum Abbatे tuo in 1156.
 visens, totus in amorem Clarævallis
 primo illo congresu inarsisti. Relin-
 quendi tamen propriam deomum po-
 testas tibi non est ante ab Abbatee con-
 cessa, nisi ultimâ vite sue hora. Itaq;
 ad locum desideratum festinans, cum *Mirus*
 summo gaudio à dulcissimo Patre sus. in sene
 ceptus es: at nemine non admirante fervor,
 incredibilem in ætate tam proiecta
 fervorem. Licet enim S. Regulæ au-
 thoritas senium à communis rigore in
 multis eximat, tu juvenes prægressus
 non gravari annorum pondere, sed re- *Dono*
 levari videbaris. Inter plurimas virtu. *Tacry-*
testuas eminebat præcipuè donum la- *marum*
crymarum, quarum integros penè ri- *insignis*
 vos sub oratione & sancta Oblatione
 emittebas. Nec deceant stygii hostis
 crebræ infestationes: quas tamen, ve-
 lut veteranus miles levi manu elusisti.
 Vocandus tandem ad meritam in cœ-
 lo coronam, cùm lectulo decumbens
 lumen ad legendum optares, absente
 ministro, id cœlum dedit. Huic aliud
 multò

432 ANNI CISTERCIENS.

Mori-
enti S.
Bern.
appa-
ret.

multò jucundius successit: è cuius me-
dio fulgentes radios evibrabat dile-
ctus tuus B E R N A R D U S : qui te-
mantissimo alloquio ad patriam invi-
tans, his verbis dicendi finem fecit:
Hæc est domus, quam ædificavi, D E
U S benedicat illam in æternum. Ora
meo, tanquam miserrimè peccatoris nomi-
ne, Dulcissimum Patrem, ut & mihi bene-
ditionem impertiatur, quâ cor meum a
more divino ascendatur: atque ita ve-
menter ardeat, ut moriturus illius etiam
tunc benedictiæ oblinere merear.

Obiit
anno
177.


B. G E R A R D E , illustris pro Justi-
tia Martyr, ac digne B E R N A R D I
successor in regimine Claræ vallis: cu-
juszelo accensus, cùm pro munere exi-
gentia Filias tuas Visitans, quandam
graviter reum paternè corripuisse, ille
simulatâ pœnitudine bonitate tua ne-
fariè abusus, dum ex vigiliis ad Abba-
tiale cubiculum inter diluculum redi-
res, in Claustrî limine te sica transfo-
dit, ac tam diu viscera dilaniavit, do-
nec dolor immanissimi vulneris has
pauca à te verba expressit: Cesset jam
manus tua, jam enim certum est; me
moriturum. Quo audito furiosus la-
tro ferrum extraxit, & erupit, infa-
mem vitam Judæ proditoris fato (ut
non vana suspicio est) abrupturus. Tu
vero

verò invicta animi tranquillitate bi-
duo supervivens, de nulla re magis *Orat*
quam de percussoris salute solitus, *pro per-*
post recepta piissimè Sacra menta vi- *cussore.*
tricem animam emisisti ad palmam.
Pretiosam in conspectu Domini mor-
tem veluti plura miracula comitaban-
tur, ita eandem vaticinia præcede-
bant. Nam è Claravalle abeuntem
monuit notæ sanctimoniae Conver-
sus, ne te in hoc iter conjiceres, gra-
vissima siquidem tibi pericula immi-
nere: quorum eventum cùm parato in
Divinam dispositionem animo Divis
Valerio & Materno commendares, ex
sacra illorum & de egressus hilaritate
vultus ostendisti, quam non metueris
mortem. Apicem felicitatis attigit, qui
te imitatur, ac de paterna Divinæ provi-
dentiæ manu & quanimitate suscipit prospe-
ra & adversa, lata & tristia: illud Ma-
chabæi herois identidem sibi occinens:
Sicut fuerit voluntas in cœlo, sic fiat.

S.B E R N A R D U S, f. de SS. Pet. & Paul Adver-
Est quod à te pateris, quod à proximo, *sa quo-*
quod à Deo: primum est austeras pæ- *modo*
nitentiae, secundum vexatio alienæ *randa.*
malitiae, tertium flagellum correctio-
nis Divinæ. In eo quod à te pateris,

T t debes

434 ANNIS CISTERCIENS.
debet voluntariè sacrificare; quod à
proximo, patienter ferre; quod à Deo,
sine murmure & cum gratiarum alti-
one sustinere.



8. Decembris. 6. Idus.

Obiit
anno
1383.

B. JOANNA Abbatissa Castrensis in
Lusitania: quæ cùm zelo vindican-
di honoris Divini quosdam milites su-
orum sceletum argueres, ab iisdem
crudeliter occisa, candidum virginæ
puritatis Vulum martyris purpura de-
corasti. Et coronæ tuæ primos quasi
fructus illius perceperem relictæ in Mo-
nasterio Virgines; dum latrones caci-
tate multâsti, qui illas in prædam sua
impietatis quærebant. Defende & me
ab infestis satellibus principis tenebra-
rum: profliga illos ad suas tenebras, cùm
me ad perditionem quierunt.

Obiit
anno
1145.

B. CONSTANTINE Abbas Au-
reæ Vallis. Demonstrasti aureis scilicet
moribus, hoc te honore dignum
esse, quando ex Claravalle ad Mo-
nasterium Trium Fontium missus, in
rectione illius Asceterii strenuam ope-
ram locasti. Pedum pastorale ad ar-
boris naturam fertile fuit: cuius nobis
lissimus fructus in hodiernum usque
dicim